



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Veniens 16. juncto Cap. seq.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

<sup>3</sup> Quod sit, ut & similis obligatio ad carcere valeat, id est, ut, si iuxta praescriptum diem debitor non solverit, carcere concludatur, donec debitum exsolverit, sicut tradunt latius Andr. Gail. lib. 2. Obs. 45. & Myal. cent. 6. Obs. 51. Intelligendo tamen de carcere publico, non privato: nam hic à iure interdictus est, l. un. C. Deprivatis carcerib. inhib. Horum omnium ratio est, quod nihil tam congruat humanæ fidei, quam id, quod convenit est, servare, l. 1. in pr. D. Depastis.

<sup>4</sup> Non obstat l. Obs. 12. C. De oblig. & act. & inc. 2. inf. Depignorib quibus prohibetur homo liber pro debito detineri: nam id intelligendum est, ut scilicet serviat creditor, quod est contra statum liberi hominis, vel etiam ut pignoris loco sit. Ut autem ex conventione sua certo loco detineatur, nihil prohibet, non minus, quam si operas suas certo tempore & loco addicat, ut quotidie videamus in operariis.

<sup>5</sup> Nec etiam movet textus in l. Titio 71 §. 2. D. De condit. & demonst. ubi hæc conditio sive modus legatis adiectus à testatore, ne legatarius à monumento suo discedat, vel ut in certa civitate domus eius habeat, reiicitur tamquam infringens liberratem hominis; quia hæc conditiones perpetuae sunt, atque adeò instar servitutis, l. 2. D. De libero hom. exhib. Hie autem obsides ad tempus sunt, donec debitum exsolvatur, quod ex libero eorum consensu sit.

<sup>6</sup> Sed quid dicemus de arrestis, quæ hodiè palam exercentur in personas debitorum extraneorum, utriam se fuisse cogantur coram Judice loci illius: Negari non potest, quin huiusmodi arresta contra ius commune introducta sint, quo auctor forum rei conventi sequi tenetur, l. 2. C. De juris d. om. jud. c. Si Clericus 5. &c. Cum sit 8. sup. Deforo compet. Sed ea confuerudine locorum sustin-

tur, vel ad vitandum sumptus & expensas, quæ fieri possunt in persequendo debitorem alibi commorantem, vel ad præveniendum debitorem difficultem insolvente, ut ita melius sit in tempore occurrere, quæ postea elaplum debitorem perlequi, arg. l. 5. C. Quando liceat unicuique fini jud. Vide latius de arrestis Pet. Peck. in traç. De jure stendi, & Andr. Gail. De manum injectione.

Illud perquam difficile est, cur hoc textu no-  
stro summus Pontifex mandet servari conventionem iurata mactam à Monachis ob sidibus: cum Monachi certo loco detineri non possint absque nota excommunicationis, c. Nuper 29. inf. Defens. excom. iuncto can. Si quis suadente xvii. quæst. 4. Adeò ut ne quidem in eamdem detentionem consentire possint, c. Contingit 36. inf. d. tit. Defens. excom. ubi is quoque excommunicationem incurrit, qui Clericum licet volenter percusserit, eo quod privilegium canonis, in d. can. Si quis suadente, toti Clerico concessum sit, non huie aut alteri Clerico sive Monacho, ac proinde dicto privilegio renuntiari non posse, s. Si diligenter 12 sup. Deforo compet. Sed Resp. Gl. in can. Suppliciter xxiiii. quæst. 8. faciam esse hanc conventionem per Monachos, ex licentia Papæ, qui potest contra hoc privilegium canonis, quod iuris humani est, dispensare, ex ratione, c. Innotuit 20 sup. De elec. Verum hæc responso ab aliis facilè refellitur, cum merā conieeturā nitatur, nec enim ex hoc textu id constat. Ideo re-  
ticius censem, qui putant, conventionem iurata ad certum locum valere in Clerico & Monacho, dummodo invitus ibi non detineatur, sed sponte & liberè, ex mente Innoc. & aliorum hic. Atque hæc de obstagiis, quæ tamen hodie ex Constit. Imperii An. 1500. tit. 17. sublata sunt, propter eorum abusum, & quia extremo debitorum malo, & nullo creditorum commodo exercantur.

### In Cap. Veniens 16. juncto Cap. seq.

#### S U M M A R I A.

1. Facti species.
2. A iuramento generali de parendo censetur exceptum, quod alteri prius iurato vel simpliciter promisum est.
3. Sponsalia de futuro non solvuntur per posteriora littera surata.
4. Obligatus ad factum solvendo interesse liberatur.
5. Promissio precedens & altera iurata subsequens eiusdem facti an & qualiter impleri utraq. possit.

6. Quid si utraque promissio facti eiusdem fuerit iurata.

7. Generale iuramentum vel obligatio simplex non extenditur ad ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum.

8. Verisimilitudo ista unde colligatur.

9. Generalia non captio: sed civiliter sunt accipienda.

Facti species hæc proponitur. Rixa orta erat  
inter Alatum & alium civem Venerum, u-

trumque justis convitiis, unde graves inimicitiae natae sunt. Intercesserunt vero alii tamquam mediatores, pacis conciliandæ causâ, qui in compensationem injuriarum suaferunt Alanum, ut trium aliorum civium mandato juratus parceret. Quo facto, hi sub juramento Alanum præcepérunt, ut dumquam Curiam Ducis Venetorum ingredieretur, nisi cum omnes per editum generale vocarentur. Sed cum præceptum hoc in magnum Alanum incommodum cederet, ursore qui dicti Ducis Consiliarius esset, & multarum Ecclesiærum Advocatus, quarum causas tenebatur ex promisso petorare, sive peragere, sequere ejus fuisse animi, ut si ante scivisset tale juramentum in specie sibi impositum iri, nequaquam jurasset. Ideoque is hac de re ad S. Pont. confugiens, mandatum impetrat ad Patriarcham Gradiensem, ut, si præcepto priori iuramento licet factò, videlicet Ducis Venetorum, repugnaret, cum denuntiari huic posteriori iuramento non obstrin-  
gi.

**2.** Ex hac pectetalí primùm observandum occurrit, quod à generali iuramento de parendo censatur id exceptum, quod antè alteri jurato promissum est. Idem est, eti solum promissio absque iuramento facta est, per Hostiem huc. Et recordè, cum alterius quæcumque priori obligatio-  
ne ei invito auferri non possit aut debeat, etiam per Principem, c. Super eo. 5. sup. De off. Epopei. jud. deleg. + Ut hinc etiam sponsalia de futuro, sive ea si simplicia sint, sive jurata, non dissolvantur per sequentia sponsalia cum altera, licet hæc iuri-  
fiat, ob eamdem rationem, pertext int. Sicut 22. & ibi notant Innoc. & Panormit. inf. De sponsa-  
lib.

Sed an quavis promissione id obtineat con-  
troversum est apud Dd hic. Distinguendum est  
inter promissionem dandi, & promissionem faciendi; ut in illa is, qui promisit dare, teneatur, l.  
**4.** Vbi 75. 5 fin. D. De verb oblig. In obligationibus  
vero facti debitor solvendo interesse liberetur, l.  
Stipulationes non dividuntur 71. in princ. D. d. tit. De V.  
O. & l. Si quis ab alio 13. D. Dere julie. Nisi tale factum sit, quod nullam estimatiosem recipit, ut in sponsalibus, quæ ratione matrimonii contrahendit ocurrat, cuius nulla est estimatio, ideoque ejus obligatio præcisæ est, c. De illis 7. inf. De  
despons. impub.

**5.** Igitur cum regulariter in facti obligationibus  
ratiæ quoque interesse ejus continetur, ex na-  
tura obligationis, consequens est & præceden-

tem promissionem & juramentum subsequens  
ejusdem facti posse impleri, priori solvendo in-  
teresse, posteriori ipsum factum præstando. Ita  
Ant. Butrius hic apud Panorm. licet ipse Panorm.  
aliter censcat; sed cuius opinio ex subsequenti-  
bus facile refellitur. Nam hoc casu idem quo-  
dammodo evenit, quod in duabus rebus alterna-  
tivè promissis, ut, si una ex his pereat, nihilomi-  
nis debitor ad eam, quæ superest, teneatur, l.  
alias est l. 2. 5. Scarola D. De eo, quod certo loco, & l. Se-  
cundum 95. §. 1. D. De solutionib.

Quid si prior promissio & posterior ejusdem  
facti jurata fuerit, priorine an posteriori jura-  
mento stari debet? Et quidem Butrius existi-  
mat standum esse priori juramento, ideo quod o-  
mag jurementum jubeatur servari, quod non re-  
dundat in alterius præjudicium, nec vergit in dis-  
pendium salutis æternæ, c. Clem. contingat inf. eod. En-  
cap. 2. De patiis in 6. At prius iuramentum  
est tale, & per consequens posterius illici-  
tum.

Sed dices, idem obtinet in promissione sim-  
plici, c. 2 & c. 3, sup. De patiis. Curigitur non simi-  
liter simplici promissioni faciendi statut, contra  
posteriori iuramentum, ut antè diximus? Resp.  
quod natura suā in situ & interesse in obligationi-  
bus facti, d. l. Stipulationes non dividuntur, c. similib.  
Secus verò est in iurata promissione facti, quia  
ex iuramento propria & separata obligatio nasci-  
tur inter Deum & jurantem, c. Debitoris 6. hoc est.  
ideo ea præcisæ implenda est, nec præstando in-  
teresse liberari potest debitor. Vide quæ de hac  
questione latius tractat Did. Covarr. int. Qua-  
vis in 1. p. Relict. §. 4 num. 11. De patiis in 6.

Alterum est, quod ex hoc textu deducitur, l.  
quod in generali, sive simpliciter præstito jura-  
mento non continetur ea, de quibus verisimili-  
ter non est cogitatum à jurante, quod & probat  
text. in l. Silberius 30. D. De operi libert. Idem usu-  
venit in quavis obligatione generali vel simplici,  
ut scilicet ea tantum contiuantur, quæ quis ve-  
risimiliter in specie erat obligaturus, c. In generali  
De R. 1 in 6. 1. Obligatione generali 6. cum 2 seqq. D. De  
pignorib. Tametsi enim iuramentum deliberato a-  
nimō præstari præsumatur, deliberatus tamen a-  
nimus multa tacite excepit, de quibus si in specie  
rogatus fuisset, consensum suum minimè accom-  
modasset: veluti si quis juratus sponderit Ti-  
rix, se eam duceturum in uxorem, ipsa verò ante-  
quam contraxerit matrimonium, fornicata fue-  
rit, vel lepræ infecta, vel oculos aut nasum ami-  
scit,

serit, non tenetur juramento suo stare, quod verisimiliter de his casibus non cogitat veritatem, textus est in cap. Quemadmodum 25. hoc tit. Neque enim juramentum consensus supplet, l fin. Cod. De non numerata pecunia.

**8.** Hæc autem verisimilitudo ex eo colligitur, si res, quæ vi generalis aut simplicis obligationis sive iuramenti petitur praestari, immo dicta sit, d. l. Silibertus, nimis dura, d. l. Obligatione generali cum 2 seqq difficultis, cap. Querelam 10. & cap. Brevi 17 hoc tit. impossibilis, tunc quis, c. 1. & c. 6. eod item quæ dignitatem & existimationem nostram laudent, l. Filius 15. D. De conditionib. institut. & l. Nepos Proculo 9. 12. 5. D. De verb signif. \* Quippe generalia non captiosè, sed civili modo accipienda sunt, sicut eleganti exemplo explicat Caius J.C. Si cui (inquit) simpliciter via per fundum cuiuspiam cedatur, vel relinquatur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire, agere licet, civili tamen modo, nam quædam in sermone tacite recipiuntur.

tur: non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire, agere licendus est, cum id a quæ commode per alteram partem facere possit minore servientis fundi detrimento, textus est in l. Sic u. 9. D. De servitutib.

Neque obstar, quod generalia generaliter accipienda sint, ut est textus in l. 9. generaliter D. Delagatis prestand. & in l. Item apud Labeonem 15. §. generaliter D. De jure jur. Item quod specialia insint generalibus, l. Semper specialia D. De R. I. quia id verum est, nisi ex verisimili conjectura prius reuel personæ diversum colligatur, ut in exemplis superius allegatis, siquidem in iuramento animus potissimum, non verba spectantur, can. Humanae au- res xxii. quæst. 3. ubi textus inquit, quod debet quis non verba considerare, sed voluntatem & intentionem. Intellige, ubi certò vel verisimilitus de intentione constat; alias sequimur significatio verborum, l. Non aliter 67. D. De legat. 3. & c. Ex literis 7. inf. de sponsal.

### In Cap. Venientes 19.

#### S U M M A R I A.

1. In omni iuramento intelligitur excepta auctoritas superioru.
2. In iis, quæ à superiori jure pendent, potest superior gratiam facere, aut ea abdere.
3. Secus in iis, quæ privatum alcuius commodum pertinet.
4. Iuramentum alteri praesitum an Princeps secularis remittere possit.
5. Sententia negativa probatur.
6. Iuramentum in præjudicium alterius praesitum ipso iure non vales.
7. Camera Imperialis an & cur relaxationem à iuramento concedere possit.

**H**oc Cap. celebre est, propterea quod ex eo deducatur hæc regula generalis, \* quæ in iuramento semper excepta intelligitur auctoritas sive ius superioris. Cum Consules Tudertinæ civitatis, quæ est in ditione Romani Pont. etiam quoad temporalia, iurassent in ingressu officii sui, quod secundum morem civitatis suæ iudicarent, & idecirco, vi huius consuetudinis, sententiam suam intra viginti octo dies executioni mandassent, recte appellari oportet, si qua interponeretur: aditus hac de re. S. Pont. mandat executionem retractari; ob hanc rationem, quod

in iuramento semper superioris auctoritas excepta intelligatur, hoc est, iuramentum infringi vel irritari possit per superiori.

Igitur ut hic contra iuramentum Consulum & admittitur appellatio, ira & generaliter in ceteris casibus receptum est, ut scilicet quoad ea, quæ à superiori iure pendent, & ab eo tamquam fonte in superiori promanant, superior gratiam facere possit, vel etiam penitus abdere, non obstante inferiorum iuramento. Sicut & saepius videtur est in plurimis locis Conc. Trid. & in Decretalibus Pontificum, quibus saepissime abrogantur Natura & consuetudines Ecclesiastorum, etiam si iurata sint; ex eo, quod omnes res iuratae Ecclesiastica pendeant a Romano Pontifice, tamquam superiori etaque idcirco, cum eius protestas semper excepta intelligatur in eiusmodi consuetudinibus & statutis Ecclesiastorum, recte, si vult, ipsi derogare potest. Huc quoque pertinet illud Papiniani, quo ait, Severum & Antonium Imp. gratiam fecisse iuris iurandi, id est, remissi iuramentum ei, qui iuraverat se non interfutrum ordinis decurionum, textus est in l. fin. D. Ad municipalem. Nam id recte factum dicitur, cum in protestate Imp. sic ordo decurionum, acque ad dominia publica munera, cui iniquum esset derogari per iuramentum sive pactum inferiorum, l. Ius publico